

(4) *Santa Iglesia.* Vide cap. *quia sacerdotes*, et cap. *sanctorum*, et cap. *hanc consuetudinem*, 10. quæst. 1. et in iuribus, de quibus supra.

LEY V. — Que Obispos non deuen poner Clerigos, que sean Patronos, a menos de gelos presentar a ellos.

Vacando alguna Iglesia, por qualquier razon que sea, en que ouiesen algunos derecho de Patronadgo, non deue el Obispo, nin otro Perlado poner Clerigo en ella, a menos de gelo presentar (1) los Patronos (a); e si lo fizieren, non deue auer la Iglesia (2) aquel Clerigo; ante el mismo que lo puso, lo deue toller por su verguença, e poner en ella el que presentaren los Patronos, seyendo tal que lo merezca: e quando assi non lo quisieren fazer, deuenlo querellar los Patronos al otro Perlado, que fuere su Mayoral: e este su Mayoral deue toller el que puso el Obispo, o el otro Perlado, e poner el que presentaren los Patronos. Pero si el Obispo non quisiere rescibir el Clerigo, que presentassen los Patronos para la Iglesia, mostrando que non era digno (3), nin la meresece auer, deuelo prouar (4); e si lo prouare, non deue y ser rescibido aquel que los Patronos presentaron, mas deuesse presentar otro (5) (b), que lo merezca, e estonce deuelo rescibir el Obispo; e si el Obispo non lo pudiere, o non lo quisiere prouar, tendo es de rescibir aquel que presentaron primeramente. Mas si por auentura el Obispo non quisiere ninguna destas cosas fazer, puedese querellar (6) del a su Mayoral; e deuele manlar que prueue lo que dixo, o que resciba el Clerigo, que le presentaron los Patronos. Otrosi los Patronos non pueden dar la Iglesia, nin poner Clerigo en ella por su poder (7), mas deuenle presentar tan solamente: onde si pusieren Clerigo en alguna Iglesia, e despues presentaren otro para ella, el que fuere presentado la deue auer, e non aquel a quien la dieron primeramente. Ca por la donacion de los Patronos, non gana derecho ninguno en ella (c): esto es, porque la cosa que alguno da, e non a derecho de la dar, tanto vale como si la non dicesse (8).

(a) Los patronos presentan, pero el Obispo es quien instituye y confiere los beneficios.

(b) Respecto a los patronos eclesiasticos, véase lo que se expresa en la L. 7 que sigue, teniendo siempre presente nuestra nota 3.^a al proemio del tit. 3 de esta Partida.

(c) Véase nuestra nota 2.^a a la L. 17, tit. 5 de esta Partida.

LEX V. — Vacante ecclesia, tenetur Episcopus clericum a patrono presentatum instituere, et non providebit ipse absque presentatione patroni: et si presentatus non sit idoneus, instituat alius, quem ipse patronus presentauerit. Et si Episcopus presentatum idoneum nolit instituere, superior Prælati hoc faciet, et probatio non idoneitatis incumbit Episcopo: item patrono licet competat presentatio, non tamen institutio, et si de facto instituat, nihil agit; potest tamen nihilominus presentare. Hoc dicit.

(1) *Presentar.* Concordat cum cap. *decernimus*, 16. quæst. 7. et *de jur. patronat.* per totum.

(2) *Non deue auer la Iglesia.* Et regulariter institutio facta sine presentatione patroni est ipso jure nulla, per textum in dict. cap. *decernimus*; tenet Abb. in cap. *illud*, et in cap. *ex insinuatione*, isto eod. tit. et in cap. *cum Bertoldus, de re iudic.* ubi latè Felin. et intellige, quòd si nulla institutio instante patrono, vel eo agente de contemptu, secundum Abb. et Felin. ubi supra; et istam regulam limitat sex modis Felin. in dict. cap. *cum Bertoldus*; et Roch. addit alios tres in dicto suo tractat. in verbo *honorificum*, colum. 1. vide per eos.

(3) *Digno.* Si enim non presentetur idoneus, non debet institui per Episcopum, ut in dict. cap. *decernimus*, et in cap. *cum vos, de offic. ordin.* et an cum Episcopo repellit presentatum, debeat causam assignare, Lucas de Pen. in l. 1. *C. de his, qui non implent stipend.* lib. 10. dicit, quòd sic: vide Gloss. in cap. *pastoralis, de iure patron.* et idem deciditur in ista lege: et bene nota, quòd si Episcopus timeat, quòd patroni non presentent utiliorem ecclesie propter preces aliorum, vel dilectionem carnalem, potest eos constringere juramento, ut presentent magis idoneum et utilem: Abb. in cap. *constitutis, de appell.* 1. notab. Quid autem si patronus presentat duos sucesivè, quorum alter est idoneior, an Episcopus possit instituere alium, qui est idoneus, et relinquere idoneiorem? Quæstio est disputabilis, in qua Hostiensis Joan. Andr. Anton. et Cardin. in cap. *cum autem, de jur. patron.* tenet, quòd sic: quia non est considerandus excessus idoneitatis, et sufficit, quòd uterque sit idoneus; et dicit Specul. tit. *de jur. patron.* circa fin. sufficere, quòd presentatus non sit malus; et adde Gloss. in cap. in verbo *majoribus, de jur. patron.* et tenet etiam alii relati à Roch. in dicto suo tract. in verbo *honorificum*, quæst. 13. qui et refert tenentes contrariam opinionem, videlicet Abb. in dict. cap. *cum autem*, et per textum in dict. cap. 3. et cap. *si fortè*, 63. dist. et Cardin. et Joan. de Imol. in Clement. *plures, de iure patronat.* et in hac residet Roch. complura computans, videas ibi per eum; et hoc satis placet, et facit pro hoc, quòd notat Abb. post Gloss. in cap. *constitutis*, el. 2. *de appell.* quòd in foro conscientie eligentes peccant, quando non eligunt idoneiorem, dato, quòd idoneum eligant. Quis autem dicatur dignus et idoneus, vide per Abb. in cap. *pastoralis*, eod. tit. ubi dicit, quòd qui est bonæ famæ, et qui scit legere et cantare competenter, et adde, quæ dixi supra ead. *Partit.* tit. 5. l. 57. textus notabilis, et quæ ibi habentur in cap. *cum in cunctis*, per totum, *de elect.* Abb. in cap. *grave*, column. penult. *de præbend.* per Felin. in cap. 2. *de rescript.* et in cap. *querelam, de iurejur.* an autem possit religiosus presentari, interveniente licentia Prælati? Communiter tenetur, quòd sic, quando esset ad curam animarum, secundum Abb. in cap. *quod Dei timorem, de stat. monach.* Cardin. Alex. in cap. *præcis*, 53. dist. Roch. in dict. suo tract. in verbo *honorificum*, quæst. 4. Item presentari potest consanguineus vel filius patroni, Gloss. in cap. *quia clericus*, eod. tit. ubi Abb. dicit communiter ita teneri, quando esset idoneus, tradit Roch. in dict. 4. quæst. Item presentari potest, qui habet aliud beneficium etiam curatum, vel dignitatem; vacaret tamen tunc primum juxta cap. *de multa præbend.* secundum Cardin. in Clement. 1. *de offic. ordin.* quæst. 13. et Roch. ubi supra. An autem de necessitate presentatus debeat esse sacerdos, videas per Roch. in dict. 4. quæst. distinguentem, an in fundatione dictum sit, quòd presentetur unus presbyter, vel non; videas ibi per eum, et adde Decium consil. 129. valet etiam dispositio, quòd semper presentetur unus de domo sua, vel genere, secundum Dominicum in cap. *cum in ecclesia*, ultim. notab. *de præbend.* lib. 6. per illum textum.

(4) *Deuelo prouar.* Sequitur dictum Gloss. in cap. *monasterium*, 16. quæst. 7. et Gloss. in cap. *pastoralis, de iure patronat.*

(5) *Otro.* Vult lex ista, quòd dato quòd patronus presentet indignum, non privetur pro ea vice potestate presentandi alium, contra quòd videtur textus in authent. *de sanctissimis Episcopis*, §. *si quis oratorii domum*, colat. 9. qui textus fecit in hoc magnam difficultatem inter Doctor. juris Canonici, et Civiles; nam Gloss. in cap. *cum vos, de offic. ordin.* loquens in patrono laico, tenet, quòd non privetur, etsi scienter presentaverit indignum, secus tamen sit in patrono ecclesiastico, et ad dict. §. *si quis oratorii domum* respondet, quòd non procedat de jure Canonico, quia in hoc standum est canonico, non legi: et opinionem illius glossæ tenet Archid. in cap. 1. *de præbend.* lib. 6. Joan. Andr. in dict. cap. *cum vos*, concludit, quòd si patronus laicus scienter presentat indignum, et persistit in illa presentatione per quatuor menses, à jure sibi præfixos ad presentandum, ex tunc poterit Episcopus providere de alio, cum paria sunt nullum presentare, vel minus idoneum, et sicut Episcopus potest providere elapso quadrimestri, nemine presentato, ut in cap. *de jur. patron.* lib. 6. ita si fuit presentatus indignus: si tamen tempus præfixum patrono non est elapsus, poterit alium presentare, licet presentaverit indignum, et ad dict. §. *si quis oratorii domum*, respondet Joan. Andr. quòd non probat, quòd Episcopus potest alium instituere presentato indigno; sed solum dicit, quòd indigno presentato Episcopus procuret, ut instituat idoneus; quòd potest

intelligi solicitando, scilicet patronum: et cum opinione Joan. Andr. transit Anton. in dict. cap. *cum vos*. Contrarium opinioni Innoc. quòd patronus etiam laicus scienter presentans indignum privetur pro ea vice, tenet ibi Abb. referens decisionem Rotæ; et opinionem Abb. tenet Paul. à Citadin. in dict. suo tractat. *jur. patron.* 6. parte, art. 2. vers. 10. *quæro*; Roch. in dict. verbo *honorificum*, quæst. 4. qui allegat alios tenentes istam partem, dicit istam videri communioem opinionem: et si vis tenere hoc, poteris respondere ad legem istam Partiarum, quòd intelligatur, quando ignoranter eligit indignum; veluti quia de eo non habuit plenam notitiam, vel fuit deceptus suasionem dicentium sibi illum esse idoneum; quòd tamen est divinare. Item, quia in debio presentans, præsumitur, quòd sciverit conditionem presentati, secundum Innoc. in cap. *cum terra, de elect.* facit l. *si patronus*, in fin. ff. *de confirm. tutor.* et quia, ut dicit Joan. Andr. in cap. *bonæ*, el. 2. colum. 2. *de postul. Prælat.* qui consentit in personam, de qua non habet plenam notitiam, non salvat conscientiam, per illum textum, ubi etiam Abb. in 12. notab. Tu cogita, quia fortè lex ista, cujus conditores viderunt istam varietatem textus in dict. §. *si quis oratorii domum*. et Glossa in cap. *cum vos*, voluit approbare opinionem illius glossæ, quæ fortè ita est communior, sicut et alia.

(6) *Querellar.* Adde gloss. 1. in cap. *pastoralis*, eod. tit. et ibi Abb. et in cap. *cum Bertoldus, de re iud.* et cap. *decernimus*, 16. quæst. 7.

(7) *Por su poder.* Concordat dict. cap. *cum laici*, et cap. *consuluit*, eod. tit. et cap. fin.

(8) *Como si la non dicesse.* Adde cap. *quod autem*, in fin. eod. tit.

LEY VI. — Como pueden los Patronos mudar sus voluntades, en que presentaren los Clerigos al Obispo.

Patrones pueden auer las Iglesias, tambien los Clerigos, como legos. Pero departamento ay entre la presentacion que fazen los vnos, e los otros: ca si el Patron fuesse lego, e presentasse Clerigo para alguna Iglesia, si ante que el Obispo lo rescibiesse, quisiesse el mismo presentar otro (1), bien lo puede fazer (2); pero finca en escogencia (3) del Obispo, de dar la Iglesia a qual dellos quisiere, seyendo ome para ello; e si la diere al que fue presentado a postremas, non la puede el primero demandar al que la tiene, nin al Obispo que gela dio, nin otrosi demandar contra el Patron, que le presento primero, ca bien se puede cambiar de vno a otro, fueras ende si fuesse peor (4). Pero fincalle demanda contra el Obispo, que le de otro Beneficio, en que buia; porque non lo quiso rescibir, quando le presentaron, e lo alargó, poniendole achaque, que le non rescibiesse, porque el Patron se mudasse (5) de aquella voluntad, e entre tanto presentasse otro. Mas si el Obispo dicesse la Iglesia al primero, non ha demanda (6) ninguna el segundo contra el Obispo, nin contra el Clerigo a quien la dieran, nin otrosi contra el Patron que le presento; fueras de una guisa, si el Obispo ouiesse dado la Iglesia a algun Clerigo, que le presentasse alguno que non era Patron, o a otro que non fuesse presentado de ninguno; ca estonce el que presentasse el que fuesse Patron de verdad (7), maguer ouiesse despues seydo presentado, puede demandar la Iglesia al primero, e deuegela toller, e darla al segundo. E otrosi, acaesciendo que el Patron presentasse dos, o tres Clerigos en uno (8), en escogencia es del Obispo, de la dar al uno dellos, al qual touiere por mas guisado (9).

LEX VI. — Patronus laicus potest variare uno presentato, alium presentando, Episcopus verò instituet ex illis, quem elegerit, dum

tamen sit idoneus, et si instituat secundus, non competit actio aliqua primo contra Episcopum, vel patronum; licet enim patrono laico variare, ita quòd non variet in malum. Si tamen Episcopus distulit, presentationem primi malitiosè, competet ei actio contra Episcopum, ut ei de alio beneficio provideat: et presentatus à vero patrono agere poterit contra presentatum à non patrono, licet Episcopus eum instituerit: item potest patronus duos, vel tres clericos simul presentare, et Episcopus eliget ex eis unum. Hoc dicit.

(1) *Otro.* Videtur velle lex ista, quòd semel tantum liceat variare in presentando, cum dicit *otro*, et non *otros*. Et ita tenet Cald. consil. 16. incipit, *an laicus sub titulo, de iure patron.* cujus opinionem etiam tenet Rochus in dict. verbo *honorificum*, quæst. 10. adducens regulam, quòd ubi est licita variatio, non permittitur nisi semel. Bald. in authent. *habita*, colum. 6. *C. ne filius pro patre*, Alexand. in l. *si ex toto*, §. fin. ff. *de legat.* 1. et alia, quæ ibi videbis licet dicat, quòd contraria opinio, imò, quòd liceat variare patrono laico quoties voluerit, videtur asseri per Gloss. juncto textu in Clement. *plures, de jur. patron.* et quòd hoc voluit. Abb. in cap. *quanto, de iudic.* colum. 2. Cardin. in cap. *pastoralis*, in fin. *de iure patron.* et satis placet opinio Calderini, cum restringenda sit hæc variatio, ut in Clement. *cum illusio, de renuntiat.* quia variatio est temeritas quædam, ut dicit Bald. in l. *jus civile*, ff. *de just. et jure*.

(2) *Bien lo puede fazer.* Concordat cap. *quod autem*, et cap. *pastoralis*, eod. tit. an autem sit dabilis aliqua cautela, ut patronus laicus non possit variare, Anton. in cap. *illud*, eod. tit. et in cap. *constitutis, de concess. præbend.* dicit quòd sic, scilicet, ut inducatur patronus ad donandum exercitium juris patronatus, scilicet ipsam presentationem, et tradit Roch. in dict. verbo *honorificum*, quæst. 8. vers. *sed hic suboritur*: et quid si promittat, vel juret patronus, quòd non variabit, vide eundem Roch. ubi supra, quæst. 12. et an lite pendente inter presentatos licita sit variatio, ut presentetur tertius, tradit Roch. ibidem, quæst. 23. qui dicit magis communem opinionem esse, quòd non, quando presentatur alius tertius; secus si varietur presentatum unum de presentatis, ut si ego presentavi Petrum, tu Joannem, et ego postea variarem presentando Joannem, quia tunc liceat: vide ibi per eum, et per Paul. à Citadin. in 6. parte sui tract. art. 3. quæst. 53.

(3) *En escogencia del Obispo.* Licet enim permittatur patrono laico variare, procedit accumulando, non totaliter à prima presentatione recedendo, ut declarat Abb. in dict. cap. *quod autem*, et cap. *cum autem*; undè cautus debet esse patronus, ut cum variat, dicat, quòd facit presentationem accumulando, velsaltem faciat eam simpliciter, non dicendo quòd recedit à prima presentatione, quia si diceret, nulla esset presentatio secunda, secundum Lapum allegat. 78. colum. 4. et tradit Roch. in dict. verbo *honorificum*, quæst. 13. Sed an cum ista electio Episcopo detur ut hic habetur, et in dict. cap. *cum autem*, poterit eligere quem voluerit, non attentò, quòd alter sit idoneior, vide quæ dixi supra l. proxima, in gloss. super verbo *digno*.

(4) *Peor.* Nota hoc, et adde cap. *cum autem*, eod. tit. cum dicit, *æquè idoneum*: non enim admittitur variatio in malum, 1. *numquam*, ff. *de collat. honor.* et an si duo presentati sint æquè idonei, sed alter ex eis sit de sanguinis fundatoris, an propter hoc Episcopus illum debeat præferre? Tradit latè et pulchrè Rochus in dict. verbo *honorificum*, quæst. 18. ubi vult, quòd sic; præsertim quando fundator disposuisset cum consensu Episcopi, quòd semper presentetur unus de domo, vel de sanguine suo.

(5) *Se mudasse.* Requiritur ergò ad hoc, ut habeat recursum contra Episcopum, quòd Episcopus malitiosè distulerit institutionem, et concordat cap. *pastoralis*, eod. tit. ubi vide per Gloss. et Abb. quando præsumatur malitia in Episcopo.

(6) *Demanda.* Vide in dict. cap. *quod autem*, eod. tit. et cap. *pastoralis*.

(7) *Patron de verdad.* Concordat cap. *cum Bertoldus, de iudic.*

(8) *Dos o tres clerigos en uno.* Quòd potest facere, etsi sit patronus clericus, ut in Clement. *plures, de iure patron.* licet Glossa ibi, in patrono ecclesiastico dicat contrarium, quòd non tenetur, ut tradit ibi Cardin. et Joan. de Imol. et Roch. in dict. verbo *honorificum*, quæst. 7. in princip. et vers. *quarta suboritur quæstio*.

(9) *Por mas quisado.* Nota ad ea, quæ dixi supra eod. l. 4. in gloss. super verbo *digno*, et an clericus dives præferri debeat pauperi in beneficio; communis opinio est, quòd quando ecclesia est

pauper, præferri debeat dives, Abb. in cap. *constitutis*, in gloss. super verbo *potentia, de appell.* et ibi Philippus Francus, Felin. in cap. *cum adeo, de rescriptis*, fin. colum. et in cap. *postulasti*, eod. tit. cæteris paribus præferendum dicit pauperem, Roch. in dict. verbo *honorificum*, quæst. 19.

LEY VII.—Por que razon non pueden los Clerigos que son Patronos, mudar sus voluntades en presentar Clerigos, como los legos.

Presentando Clerigo para alguna Iglesia el Patron que fuesse lego, si quisiere, bien puede cambiar su voluntad, e presentar otro Clerigo, ante que el Obispo resciba el primero (1), segund dize en la ley ante desta: mas si el Cabildo (2) de alguna Iglesia seglar, o alguna Orden, o otro Clerigo (3) qualquier, touiesse derecho de Patronadgo en alguna Iglesia, non lo puede assi fazer, e desque ouiere presentado vn Clerigo, non puede mudar su voluntad, e presentar otro; e si lo fiziesse, non gana derecho ninguno en la Iglesia el segundo, por aquella presentacion, nin valdria, si gela diesse, mas el que primero fuesse presentado la deue auer: e porque los Clerigos (4) han de ser mas sabidores en el ordenamiento de las Iglesias, que los legos, e lo han vsado, e saben mas quales Clerigos deuen presentar segund derecho; por esso les pusieron por pena que non pudiessen cambiarse de un Clerigo a otro, como los legos, que non son tan sabidores. E otrosi auiedo el Clerigo derecho del Patronadgo en la Iglesia, non puede presentar a si mismo (5) para ella, porque se mostraria por cobdicioso: ca non deue ninguno ganar logar honrado por cobdicia, mas por trabajo, e meresciendolo, e porque deue auer departimiento entre el que presenta, e el que fuere presentado. Mas si los Patronos fuessen muchos, e ouiesse y algun Clerigo, bien pueden los otros (6) presentarlo. Otrosi bien puede el Patron presentar a su fijo (7), seyendo tal que merezca auer la Iglesia.

LEY VII.—Capitulum seculare, aut religiosum, vel clericus patronus non possunt variare in presentatione clericis instituenti: item non potest patronus se ipsum presentare, clericus inter datum, et accipientem debet esse discretio personalis, et ne ex cupiditate videatur habere Beneficium: plures tamen patroni possunt unum ex se ipsis presentare, et pater patronus filium. Hoc dicit.

(1) *Resciba el primero.* Non ergo post; quia jus iam esset questum primo presentato, ut in cap. *quod autem*, eod. tit. et melius in cap. *si tibi absentis, de præbend.* lib. 6. cap. *discernimus*, 16. quæst. 7. cap. *querimoniam, de jure patronat.*

(2) *Cabildo.* Adde cap. *cum autem*, in fin. eod. tit. quando verò clericus, seu personæ ecclesiasticæ competeret jus patronatus ratione patrimonii, idem esset in eo, quod in laico, ut in cap. *cum dilectus*, eod. tit. Abb. in dict. cap. *cum autem*.

(3) *Clerigo.* Quid si unus patronus esset clericus, alter laicus, an poterunt variare? Abb. dicit, quod non in dict. cap. *cum autem*, qui allegat Joan. Andr. in regula, *in re communi, in Mercurialibus*, facit l. *si communem, ff. quemadmodum seruitut. amitt.* et l. *secundam naturam, ff. de regulis jur.* imò, etsi ambo patroni essent laici, et presentarent unum, non posset postea alius variare, et accumulandum alium presentare, ut et tradit Roch. in dict. verbo *honorificum*, quæst. 14. allegando Joan. Andr. ubi supra, et Lapum allegatione 78. et Joan. Andr. in additione ad Speculat. isto tit. in additione magna circa principium.

(4) *Clerigos.* Ista ratio fuit Goffred. in summ. et adde aliam, quam ponit Glossa in cap. *cum vos, de offic. ordin.* et in cap. *cum autem, de jure patronat.*

(5) *A si mismo.* Adde cap. *per nostras*, eod. tit. et in cap. *fin. de instit.* ubi Abb. post Glossam dicit, quod collator beneficii, qui

in alium, ut commissarium suum, transtulit potestatem conferendi, quòd non potest ipse collator recipere ab eo; secus si transtulisset omnimodam potestatem in alium, quia tunc conferret jure proprio: et adde Abb. in cap. *ex insinuatione*, in fin. *de jure patronat.*

(6) *Los otros.* Adde Gloss. in cap. *consuluit*, eod. tit. et ibi hoc tenent communiter Doct. et Specul. eod. tit. in fine.

(7) *A su fijo.* Adde Gloss. in cap. *quia clerici*, et cap. *consuluit*, eod. tit.

LEY VIII.—En quantas maneras puede passar el derecho del patronadgo de un ome a otro.

Passar puede el derecho del Patronadgo de un ome a otro, en quatro maneras (1): por heredamiento, o por donadío, o por cambio, o por vendida. Por heredamiento (2) passa a otros, e lo ganan, assi como fijos (3), o nietos, quando heredan bienes de sus padres, o de sus abuelos, o de sus parientes, o de extraños (4), que heredassen bienes de algunos. Ca bien assi como heredan los otros bienes, assi pueden heredar el derecho de Patronadgo con ellos. Por donadío (5) passa otrosi el derecho del Patronadgo, ca bien lo puede dar vn ome a otro, o a Iglesia, o a Monesterio: e para valer tal donacion, deue auer otorgamiento del Obispo (6) de la Iglesia, donde es el Patronadgo; quier ante que se faga la donacion, o despues (7) que fuere fecha, ca de otra manera non valdria. Por cambio, o por vendida, puede otrosi passar, non lo cambiando, nin lo vendiendo por si apartadamente, mas de bueltas (8) con todas las otras cosas, que en algun logar ouiesse: e esto viene, porque es ayuntado a la Iglesia, que es cosa espiritual, e non la puede ninguno cambiar, nin vender (9) por cosa temporal. Mas vna Iglesia por otra, o vn Patronadgo por otro (10), bien lo puede cambiar con otorgamiento del Obispo (11), ca de otra guisa non valdria; ante faria simonia, qualquier que cosa alguna destas comprasse, o vendiesse apartadamente. Onde en estas quatro maneras sobredichas, puede passar el Patronadgo de un ome a otro por toda via. Pero otras cosas ay, en que passa a tiempo, segund mostraremos adelante (a).

(a) Al contenido de esta ley, añadase el de la siguiente.

LEY VIII.—Transit jus patronatus de una persona ad aliam ex successione universali; et ex donatione, si Episcopi consensus accedat, vel sequatur; et permutatione pro alio jure patronatus cum Episcopi consensu. Item etiam ex venditione, vel permutatione, non particulariter facta, sed universaliter, nam tunc cum universitate transit jus patronatus, de per se verò non potest vendi, nec permutari, quia esset simoniacum. Hoc dicit.

(1) *Quatro maneras.* Unde versus: Jura patronatus transire facit novus hæres,

Res permutata, donatio, venditioque. Hostiens. eod. tit. in summ. §. *qualiter transferatur*, Gloss. in cap. *pia mentis*, 16. quæst. 7. et Gloss. in cap. *cum seculum*, eod. tit.

(2) *Por heredamiento.* Adde cap. 1. et 3. eod. tit. et in Clement. *plures*, eod. tit. ubi declaratur, quòd successio fiat in stirpes, et non in capita: unde si duo patroni decedant, unus reliquat decem hæredes, alius duos vel unum tantum: ita potens erit vox illorum duorum vel unius, sicut aliorum decem. An autem hoc procedat, siue in descendentes hæredibus, siue in collateralibus? Videtur, quòd sic, quia eadem est ratio, ut adducit Rochus in dicto suo tract. in verbo *ipse vel is a quo causam habuit*, quæst. 2. et col. 2. per quem vide ibi latè ad materiam dict. Clement. *plures*, et vide infra eod. 1. 12.

(3) *Fijos.* Etiam si sint bastardi, si in hæreditate succedant, se-

cundum Buld. in l. *eam quam, C. de fideicommissis*. videas latè per Roch. in dict. tract. in verbo *competens alicui*, quæst. 2.

(4) *De extraños.* Sequitur opinionem communem, de qua per innoc. in rubric. eod. tit. et per Abb. in cap. *cum seculum*, eod. tit. Glossa et Doctor. in dicta Clement. *plures*. An autem valeat ordinatio à fundatore facta, quòd ad hæredes sanguinis tantum transeat? Bald. in l. 2. *C. de in jus vocando*, vult, quòd sic; sequitur Felin. in tract. *quando lite à posthum. præjud. patron. eccl.* colum. 2. vers. *corroboro*, Roch. in dicto verbo *ipse vel is*, quæst. 8. vers. *sed hic suboritur*; et intellige, ut ipsi dicunt, accedente consensu Episcopi. An autem jus patronatus transeat in fideicommissarium, et de aliis questionibus, videas latè ibi per eum: et in jure patronatus succedunt hæredes, tam masculi, quam feminae, cap. *ex litteris, de jur. patron.* Gloss. in cap. *quoniam investituræ*, 16. quæst. 7. si tamen ex forma statuti excluduntur feminae, stantibus masculis, non succederet femina in jure patronatus quia jus patronatus transit in illum, in quem transit hæreditas, ut tradit Innoc. super rubric. hujus tituli, et cæteri sequuntur ibi, et in cap. 1. et in cap. *cum seculum*, eod. tit. ubi et Doctor. vult, quòd filius si renuntiet hæreditati paternæ, non retinet jus patronatus ecclesiæ, licet non perderet jus patronatus libertorum, l. *filii, ff. de jure patronat.* diversum enim est in jure patronatus ecclesiæ, eo quòd non transit, nisi in eum, in quem hæreditas transit, ut dixi. Si esset consuetudo, quòd primogenitus tantum succederet in jure patronatus, videtur, quòd valeret, ex eo, quòd dicit Joan. Andr. in cap. *ex insinuatione*, eod. tit. dum allegat consuetudinem Angliæ: et sufficit, quòd hæreditatem adiverint, licet adhuc non sint in possessione honorum; secundum Bald. in l. fin. eod. colum. penult. *C. de edicto Divi Adriani tollend.*

(5) *Donadío.* Adde cap. *ex insinuatione*, cum aliis, eod. tit.

(6) *Otorgamiento del Obispo.* Communis conclusio est distinguens; quòd, aut jus patronatus conceditur loco religioso, et potest fieri sine consensu Episcopi; si verò donetur laico, vel clerico recipienti nomine proprio, tunc requiritur Episcopi consensus; quæ distinctio fuit Host. eod. tit. in summ. §. *qualiter transferatur*, tradit Abb. in cap. *illud*, eod. tit. Doctor. communiter in dict. cap. *ex insinuatione*, Roch. in dict. tract. in verbo *competens alicui*, quæst. 17. et procedit etiam in donatione juris patronatus futuri, et nondum creati, secundum Cardin. in cap. *cum seculum*, eod. tit. quæst. 4. Roch. ubi supra, quæst. 18. Et quid si Episcopus nolit consentire? Abb. dicit in cap. *nullus*, eod. tit. per illum textum, quòd possit cogi per superiorem ad consentiendum, quando non subest aliqua causa, quare non debeat consentire. An autem sine consensu Episcopi possit patronus jus suum donare compatrono? Gloss. in cap. *ex insinuatione*, eod. tit. vult, quòd possit: et sequitur ibi Anton. et Jason. in l. *voluntas, C. de fideicommissis*. contrarium tamen tenet Cardin. et Joan. Andr. et Hostiens. et Abb. in dict. cap. *ex insinuatione*. Archid. in cap. *nemini*, 16. quæst. 7.

(7) *Despues.* Adde cap. *cura*, eod. tit. et tene menti istam legem Paritarum, quia decidit magnam controversiam, quæ super hoc fuit inter Doctor. nam aliqui voluerunt, quòd sufficeret consensus postea subsequutus, ut fuit Joan. Andr. in cap. *cum seculum*, et ibi refert Abb. eod. tit. et Abb. latè in *disputatione sua*, incipienti, *Augerio*; alii verò tenuerunt contrarium, quibus adhæret Roch. in dict. trac. in verbo *pro eo, quod de diocessani consensu*, quæst. 4.

(8) *De bueltas.* Adde cap. *cum seculum*, et cap. *ex litteris*, eod. tit. l. *in modicis, ff. de acquir. rerum domin. l. 1. ff. de fundo dotali*. Si quis vendat villam in genere cum jure patronatus, an tunc transiret jus patronatus? Communis resolutio videtur, quòd sic, ut notat Joan. Andr. in cap. *unic. eod. tit. lib. 6.* Abb. in cap. *illud*, eod. tit. et in cap. *querelam, de simon.* Si tamen venderet villam, dicendo, *vendo tibi villam et jus patronatus*, tunc non transiret, quia tunc videtur principaliter etiam vendi jus patronatus, contra cap. *de jure*, eod. tit. et in hoc se resolvit Roch. in dict. suo trac. in verbo *ipse vel is*, quæst. 23. videas ibi per eum ponentem alia in hac materia, ubi latè discutit per duas columnas, cui adde Decium idem volentem consil. 127. incipit, *plura dubia*: et vide etiam ibi per Roch. quæst. 26. an in locatione universitatis transeat jus patronatus, ita ut si contigerit ecclesiam vacare, presentatio spectet conductori: et quæst. 27. an universitati pignori data, transeat jus patronatus; et habetur in cap. *cum Bertoldus, de re jud.* et infra eod. l. *proxima*: et quid si universitas detur in dotem, vide quæst. 28.

ubi et tangit, an transeat in usufructuarium omnium honorum; et an transeat in fiscum, vide quæst. 29. et quando dicitur vendi universitas, ut sic jus patronatus transeat, vide quæ dixi in l. 13. tit. 3. Partita 3.

(9) *Nin vender.* Adde cap. *quæsitum, de rerum permutatione*, et cap. *de jure, de jure patron.*

(10) *Por otro.* Adde cap. *nemini*, 16. quæst. 7. cap. *ad questiones*, et cap. *fin. de rerum permutat.* et vide Abb. in cap. *querimoniam, de jure patronat.* et Hostiens. eod. tit. in summ. §. *qualiter transferatur*.

(11) *Del Obispo.* Adde Archid. in dict. cap. *nemini*, et Abb. in dict. cap. *querimoniam*, Roch. in dicto verbo *ipse vel is*, quæst. 16.

LEY IX.—Por que razones puede passar el poder de presentar Clerigos, de un ome a otro.

Arrendando (1), o empeñando (2) Orden, o otro ome qualquier, su Villa o Aldea de que ouiesse señorío, si ouiesse y Iglesia, e el derecho del Patronadgo fuesse suyo, passa el poder de presentar Clerigo para la Iglesia, quando vacare, e los derechos del patronadgo que y auia, a aquel que la tomo arrendada, o empeñada: e maguer aquella heredad se tornasse a aquel que la empeño, o arrendo, por esso non deue el Clerigo que presento el otro, perder la Iglesia; fueras si el que ha el señorío de aquel logar, lo sacasse ende (3) nombraamente el derecho del Patronadgo, que lo tenia para si, quando fizo el arrendamiento, o el empeñamiento. Pero si aquel que era en tenencia de la Villa, creyesse en buena fe (4) que non le sacaron el derecho del Patronadgo, quando tomo el arrendamiento, e que bien podia presentar Clerigo; si acadesse que vacasse la Iglesia, si en tal manera presentasse a la Iglesia Clerigo, e el Obispo gela diesse, non la deue perder, maguer despues le mouiesse pleyto (5) el señor de la heredad, diciendo que el auia derecho de presentar, porque sacara el Patronadgo del arrendamiento, e lo prouasse que assi fuera. Mas si seyendo pleyto mouido (6), presentasse Clerigo, e este atal el Obispo lo rescibiesse, e le diesse la Iglesia, si despues prouasse el señor que lo sacara, non la deue auer. Pero si de otra manera (7) touiesse (8) alguno, que era el derecho del Patronadgo suyo, e fuesse en tenencia, e touiesse los omes de aquel logar que el era Patron; si vacasse la Iglesia, e este atal presentasse Clerigo para ella, e el Obispo gela diesse, non la deue el Clerigo perder, maguer fuesse presentado seyendo mouido pleyto sobre el derecho del Patronadgo: e como quier que a quel que era en tenencia fuesse vencido por juycio, que non era suyo, mas del otro que le demandaua; por esso non deue quitar (9) aquel Clerigo la Iglesia, pues fue presentado de aquel que era en tenencia, e le tenian los omes de aquel logar por Patron.

LEY IX.—Locato, seu pignorado castro, vel oppido, in ejus ecclesia locator, vel qui pignori dedit, habeat jus patronatus, transit jus presentandi in conductorem, vel creditorem, et alia jura patronatus, nisi specialiter excipiatur: et si conductor, seu creditor bona fide credat, non fuisse exceptum, ab eo presentatus ante litem sibi motam, habebit beneficium; secus si post litem motam. Item presentatus à bonæ fidei possessore juris patronatus etiam lite mota, non expellitur, etsi verus domini jus patronatus evineat. Hoc dicit.

(1) *Arrendado.* Ex generalitate hujus legis, quæ non distinguit, utrum locatio fuerit ad longum vel ad modicum tempus, videtur, quòd ejus dispositio procedat, etsi locatio facta fuerit ad modicum